



**Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi
Thomae tomi quinque**

Priorum vigintisex Quaestionum eius Partis expositionem complectens

Suárez, Francisco

[Köln], 1617

Sectio prima. vtrum Christus mereri potuerit gloriam animæ suæ, & alia
dona gratiæ, & scientiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93775](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93775)

DISPUTATIO XL.

In tres sectiones distributa.

Deus, quæ ibi Christus Dominus meruit.

Calvinus.

EXplicato merito Christi Domini secundum se, sequitur, explicemus, quid & quib. meruerit, & ratio doctrinæ postulat, ut prius de ipso dicamus; deinde de alijs. Supponim⁹ autem Christum libi, quid meruisse, quamquam Calvinus hæreticus id negare ausus est: quem confutabimus rōmodis sectione 2. ne eadē sacre Scripturæ testimonio reperere necessarium sit. Videamus ergo, quid sibi meruerit: ubi statim occurubat quæstio, an incarnationem suam sibi Christus merueris. Sed quoniam niam ordo ac methodus D. Tho. id postulavit, eam disputatam reliquimus q. 2. artic. 11. Superest ergo; ut de alijs donis, quæ præter incarnationem Christo collata sunt; b. e. inter differamus.

SECTIO I.

Vtrum Christus mereri potuerit gloriam animæ suæ, & alia dona gratiæ, & scientiæ.

Scot.

Gab.

Medina.

Questionem hanc intelligo de potentia absoluta, nam de potentia ordinaria dicemus sectione sequenti, explicando, an de facto habuerit tale meritum. Procedit autem quæstio, supponendo Christum habuisse gratiam, gloriam, & alia similia dona à primo instanti creationis animæ suæ, non enim existimo posse in dubium verti, quin de potentia absoluta potuerit illa anima, etiam unita Verbo, carere gloria animæ aliquo tempore, & ita illam de condigno mereri: illud enim prius ostensum est supra q. 7. & 9. & ex illo euidenter aliud sequitur, ut per se notum est, & ex dicendis constabit, quamquam contrarium videatur posse colligi ex Scoto dist. 18. q. v. nica §. Hoc viso ad primum: ubi dicit, tantum fuisse gloriam animæ Christi, ut propter excellentiam suam non potuerit cadere sub meritum, etiam ipsi⁹ Christi, quem sequitur Gab. ibi artic. 3. dub. 2. Ratio enim illa, si vera est, procedit, etiam si supponatur Christum aliquando caruisse illa gloria. Sed si intelligant hi autores illam gloriam non potuisse cadere sub meritum Christi ratione suæ excellentiæ, & perfectionis intensiue: est ratio omnino falsa, & indigna, quia Christi meritum de se non solum ad illam gloriam promerendam, sed etiam ad quamcunque aliam perfectionem, etiam si in infinitū procedatur, sufficiens fuit, cum fuerit infinitum. Si autem sub illa perfectione gloriæ comprehendant modum habendi illam ab initio, sic non contradicunt nobis, sed pertinet eorum opinio ad quæstionem, quam disputandam aggredimur: & ita videntur illi autores intelligendi, qui etiam non loquuntur aperte de potentia absoluta, quamuis hoc magis indicent. Et ad eundem modum dicendum est de gratia habituali, & alijs donis, potuisse, scilicet, Christum illa mereri, si eis aliquando caruisset, propter eandem causam & rationem: quamquam de habituali gratia nonnulli dubitare videantur, ut Medina q. 7. artic. 13. dub. penult. Quia principium, inquit, meriti non potest cadere sub meritum, gratia autem habitualis est principium meriti. Quæ ratio, si quid probaret, simpliciter, & sine ulla suppositione, probaret de gratia habituali: tamen vera nihil probat, quia ut supra ostendi gratia vnionis est sufficiens principium meriti, & ideo per illam potuisset Christus mereri habitualement gratiam, si illa caruisset. Quæstio ergo hæc solum procedit ex dicta suppositione, an scilicet hæc duo simul stare potuerint de potentia absoluta, ut scilicet Christus nunquam caruerit gratia, & gloria, & nihilominus per propria merita, ea fuerit consecutus.

A Prima sententia negat hoc esse possibile, sed implicare contradictionem. Hæc existimatur sententia D. Thom. in hoc articulo, & ita videntur interpretari Caiet. & alij Thomistæ: indicant etiam Scot. & Gab. paulo ante citati: tenet etiam Henri. quod lib. 6. q. 6. qui sicut absolute opinatur, non potuisse etiam de potentia absoluta animam unitam Verbo carere visione beata, ita simpliciter existimat impossibile mereri illam. Fundamentum huius sententiæ ita explicari potest, quia implicat contradictionem, eandem gratiam simul esse perfectam & imperfectam, consummatam, & non consummatam: sed gratia, quæ est principium merendi gloriam, est gratia imperfecta, & non consummata, gratia vero, quæ semper est coniuncta gloriæ semper est perfecta & consummata, ergo impossibile est hæc duo simul coniungi. Secundo, impossibile est moueri ad terminum, & esse in termino, sed mereri gloriam est moueri ad gloriam, ergo impossibile est, esse in termino gloriæ, & moueri ad illum. Tertio, quia vel posset esse tale meritum per opera, quæ antecederent ipsam visionem beatam, & hoc non, quia supponimus animam nunquam caruisse illa visione: vel per opera subsequencia, & hoc est contra rationem ipsius meriti, debet enim antecedere præmiū, cum sic illius causā, & aliquo modo efficiens.

Secunda sententia est non implicare contradictionem, ut Christus beatus existens à primo instanti incarnationis suæ, beatitudinem animæ, & cetera dona gratiæ & scientiæ sibi meruerit. Hæc est communis Theologorum in 3. distinct. 18. expresse Alb. Mag. art. 4. & 7. Mai. quæst. 2. Galiel. de Rubio. quæstio. 1. art. 2. Basol. artic. 3. Francisc. de Mairo. q. 1. Alij vero tantum indicant, quos sect. sequenti referam. Indicant etiam Alenf. 3. p. q. 16. memb. primo, generatè Altius dist. 3. Summa tract. 1. c. 7. Et mihi videtur vera sententia, quæ duobus modis tractari, & probari potest.

Primo ergo possibile fuit Christum mereri hæc bona per aliquod opus, quod prius natura antecederet illa, quamuis simul in eodem instanti daren propter tale meritum. Quod etiam hoc nullum inuoluat contradictionem, ita declaratur: quia in genere loquendo non est necesse, ut meritum tempore antecederet præmiū, sed solum natura, unde facto etiam videre licet in merito iustorum, & aliquo præmio illius: meretur enim iustus perfecte & de iustitia augmentum gratiæ, habet ergo illud augmentum veram rationem præmij, meritum enim & præmiū correlatiua sunt: & tamen in eodem instanti, in quo illud meretur, recipit illud, vel indubitatum apud omnes Theologos. Ratio vero est clara, nam meritum vel comparatur ad præmiū, vel ad Deum, qui daturus est præmiū: si ad Deum, nulla est repugnantia, quia in eodem instanti, in quo meritum fit, Deus acceptat illud, & cum sit omnipotens, statim potest reddere præmiū, si aliunde non repugnet, si autem comparetur ad præmiū ipsum, intelligi facile potest, illam rem, quæ est præmiū, esse talem, ut non repugnet simul esse cum illo actu, in quo fundatur meritum, ut aperte constat in exemplo posito de actu charitatis, & de eiusdem charitatis augmento: ergo ex parte ipsarum rerum, in quibus consistunt meritum & præmiū, non semper est repugnantia. Nec denique esse potest ex ordine meriti & præmij, quia vel ille intelligitur esse per modum habitudinis causæ ad effectum, & ex hac parte non est repugnantia, quia verumque potest fieri in instanti, & in his, quæ hoc modo producantur, si causa est perfecta, simul tempore est cum suo effectu: & eadem ratio est, si habitudo illa intelligatur esse per modum viæ ad terminum, quia, quando via est momentanea simul etiam est cum suo termino, ut philosophis notum est: & apud Theologos constat, vltimam dispositionem ad gratiam

D. Thom.
Caiet.
Scot.
Gab.
Henr.Alb.
Mag.
Mauro.
Guilielm.
Rab.
Bapt.
Franc.
Alenf.
Altius.
Christoph.
Iust.
Gloriam.
maius.
per actum.
una pri.

gratiam esse aliquo modo causam, & viam ad illam, & nihilominus simul tempore infunditur. Ex quo obiter solum relinquitur secundum argumentum primæ sententiæ.

Constat ergo ex generali ratione meriti, & præmij non repugnasse Christi animam per aliquem actum prius natura elicitum meruisse gratiam & gloriam sibi, in eodem instanti infundendam: superest, ut probemus, non repugnasse ex speciali ratione talis præmij, quod colligi potest ex D. Thom. quodlib. 9. artic. 8. & in 2. distinct. 5. quæst. 2. artic. 2. & potest ostendi, quia si in hoc est specialis repugnantia, necesse est, ut oriatur ex ipsis rebus vel actibus, in quibus tale meritum & præmium consistit: nam, cum in cæteris omnibus eadem sit ratio de hoc præmio, & alijs, fingi non potest alia radix, ex qua oriatur. Sed hinc etiam nulla repugnantia necessario nascitur, ergo, probatur minor, quia in merito Christi duo considerari possunt, aliud est cognitio intellectus, quæ fundat meritum, & hæc in illo non fuit fides, sed scientia infusa: aliud est actus voluntatis, in quo est formale meritum, qui sit, verbi gratia, actus liber amoris Dei, sed utrumque horum, etiam si prius natura habeatur, potest esse simul cum visione beata, & cum quibuscumque alijs donis gratiæ posterius natura infusus, de facto enim hæc omnia habuit Christus simul in eodem instanti, ergo ex parte ipsarum rerum, quæ sunt tale meritum, & tale præmiu, nulla est specialis repugnantia. Dicitur fortasse, simpliciter non repugnare, hæc omnia simul fieri & haberi in eodem instanti, repugnare tamen, simul fieri cum illo ordine naturæ, ut actus inferioris scientiæ natura antecedit actum visionis, & actus amoris liberi gratiam ipsam consummatam, quia scientia infusa sequitur ex ipsa visione beata, & actus amoris ex ipsa gratia, quæ proxime nascitur ex visione. Sed gratis & sine fundamento dicitur hoc esse impossibile cum nulla vel probabilis contradictio ostendi possit: quia nec necesse est, scientiam infusam sequi ex beata, cui possit Deus sua sola virtute proxime & immediate illam donare, neque necesse etiam est, primum actum procedere ab habitu gratiæ, sed potest fieri à sola potentia cum auxilio. Vnde facile explicari potest modus, quo tale meritum in Christo esse potuit, potuit enim Deus in instanti creationis animæ Christi, primum omnium elevari intellectum eius ad cognitionem aliquam Dei abstractiuam, & per scientiam infusam: & similiter præbere auxilium voluntati, ut per liberum actum se disponeret ad susceptionem gratiæ, & aliorum donorum ad eum modum, quo nunc eleuat voluntatem hominis in instanti iustificationis, ut se disponat ad gratiam: vnde sicut in iustificatione nostra, dispositio natura antecedit infusionem gratiæ, ita fieri potuit in prima sanctificatione animæ Christi per gratiam accidentalem. Est tamen differentia, quia nos per dispositionem non meremur de condigno infusionem gratiæ, quia non supponimur grati: Christus autem, quia per ipsam visionem est gratissimus, & perfectissimum principium meriti, ideo per talem dispositionem de condigno ex perfecta iustitia mereretur ipsam infusionem gratiæ: nam respectu Christi, hæc non est prima gratia, sed secunda, quæ aliam perfectionem supponit, nihil autem repugnat per primam gratiam, mereri secundam. Vnde etiam fit, ut per eandem dispositionem potuerit mereri eandem gratiam consummatam, & perfectam, atque adeo gloriam & cætera dona: quia valor & meritum illius dispositionis maius est, quam hæc omnia, & aliunde nulla est repugnantia, ut declaratum est. Ex quo discursu intelligitur, solum illum primum actum scientiæ, & primum auxilium datum voluntati Christi ad prædictum actum, non potuisse hoc modo cadere sub meritum eiusdem Christi, quia ante primam cognitionem, & primum actum

Fr. Suarez, Tom. I.

liberum impossibile est intelligere, ut in eodem homine antecedit meritum, etiam ordine naturæ, cum meritum necessario supponat cognitionem, & in actu libero fundetur.

Secundo modo intelligi potest fuisse possibile hoc meritum per subsequencia opera, ita ut propter illa præuisa data fuerit prima gratia & beatitudo: & extendi hoc potest ad primum auxilium, & primum actum cuiuscunque scientiæ. De hoc tamen modo, quia nunc necessarius non est plura non dicam, sed iudicandum de illo est iuxta ea, quæ de possibili merito Incarnationis diximus supra quæstio 2. artic. 11. & in sequentibus occurret occasio addendi non nulla.

Ad argumenta, primo non existimo sensum D. Thomæ esse, quem explicat illa sententia, sed posse optime de potentia ordinaria explicari, ut sectione sequenti dicam. Ad primam vero rationem respondetur, gratiam, quæ esset in Christo principium meriti in dicto casu, non esse gratiam imperfectam, sed ipsam gratiam unionis. Deinde etiam si demus (ut reuera fieri posset) habitum gratiæ infundi animæ Christi sine merito, ut per aliquem actum ab illo elicitum mereretur visionem beatam in eodem instanti dandam, adhuc argumentum illud non procederet, nam interrogo, quid intelligatur nomine gratiæ imperfectæ, nam si intelligitur gratia, quæ principium aliquo tempore non habet coniunctam visionem, sic petitur principium, nego enim esse de ratione gratiæ, quæ est principium meriti, ut sit hoc modo imperfecta, nulla enim ratione hoc probatur, & ceterum satis à me probatum est. Aut per gratiam imperfectam intelligitur gratia, quæ per fidem operatur, & hoc sensu in alijs præter Christum speciali modo repugnat, meritum visionis beate simul esse cum ipsa visione beata, eo modo quo repugnat, fidem & visionem esse simul, siue illa repugnantia sit in ordine ad absolutam Dei potentiam, siue solum ex natura rei, aut secundum legem ordinariam, quod fortasse probabilius est, at vero in Christo Domino neque hic modus repugnantie reperitur, quia meritum eius non fundatur in fide, vnde neque gratia, quæ fuit principium eius, fuit in illo sensu imperfecta. Aut per gratiam imperfectam intelligitur gratia, quæ non habet totum augmentum seu intentionem, quam habitura est, & hoc sensu etiam facile negari potest, hanc imperfectionem esse de ratione illius gratiæ, quæ est principium meriti, nihil enim illa ad meritum confert, neque villa ratio assignari potest propter quam requiratur, præsertim cum possit habitus gratiæ esse tam intensus in viatore, quam in comprehensore. Aut denique per gratiam imperfectam intelligitur gratia, quæ est veluti in fieri & in via, & hic sensus vix potest distinguui à præcedenti, vnde neque hæc imperfectio ad meritum est necessaria posse: enim gratia consummata & perfecta in intentione gratis alicui donari prius natura vel tempore, hac lege & conditione, ut quamprimum ab illa profueret operatio libera & meritoria, statim in eodem instanti redderetur illi præmium visionis beate. Secundum & tertium argumentum, ex superioribus soluta sunt.

SECTIO II.

Utrum Christus meruerit gloriam animæ suæ, & alia dona gratiæ, & scientiæ.

PRIMA sententia affirmat, quam tenent Alstisa. doren. Albert. Magn. Guiliel. de Rubion, Basso. lis & Mairo, præcedenti sectione citati. Et suaderi potest nonnullis sacre Scripturæ testimonijs, Psal. 44. *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo latiss.* Quamquam enim interdum exponatur hic locus de gratia unionis, multum tamen Sancti illum intelligunt de gratia habituali,

GSS 3 vifu-

*Etiam per
subsequen-
tia opera à
Deo præuisa,
mereri potuit
Christus di-
sta dona.*

*Gratia, visio
gratiæ imperfectæ,
nam si intelligitur gratia, quæ principium
aliquo tempore non habet coniunctam visionem, sic
petitur principium, nego enim esse de ratione gra-
tiæ, quæ est principium meriti, ut sit hoc modo im-
perfecta, nulla enim ratione hoc probatur, & ceterum
satis à me probatum est. Aut per gratiam imper-
fectam intelligitur gratia, quæ per fidem operatur, &
hoc sensu in alijs præter Christum speciali modo re-
pugnat, meritum visionis beate simul esse cum ipsa
visione beata, eo modo quo repugnat, fidem & visi-
onem esse simul, siue illa repugnantia sit in ordine ad
absolutam Dei potentiam, siue solum ex natura rei,
aut secundum legem ordinariam, quod fortasse pro-
babilius est, at vero in Christo Domino neque hic
modus repugnantie reperitur, quia meritum eius
non fundatur in fide, vnde neque gratia, quæ fuit prin-
cipium eius, fuit in illo sensu imperfecta. Aut per
gratiam imperfectam intelligitur gratia, quæ non ha-
bet totum augmentum seu intentionem, quam habi-
tura est, & hoc sensu etiam facile negari potest, hanc
imperfectionem esse de ratione illius gratiæ, quæ est
principium meriti, nihil enim illa ad meritum con-
fert, neque villa ratio assignari potest propter quam
requiratur, præsertim cum possit habitus gratiæ esse
tam intensus in viatore, quam in comprehensore.
Aut denique per gratiam imperfectam intelligitur
gratia, quæ est veluti in fieri & in via, & hic sensus
vix potest distinguui à præcedenti, vnde neque hæc
imperfectio ad meritum est necessaria posse: enim gra-
tia consummata & perfecta in intentione gratis ali-
cui donari prius natura vel tempore, hac lege & con-
ditione, ut quamprimum ab illa profueret operatio
libera & meritoria, statim in eodem instanti redde-
retur illi præmium visionis beate. Secundum & ter-
tium argumentum, ex superioribus soluta sunt.*